



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Rvperti Abbatis Monasterii Tuitiensis, ordinis sancti
Benedicti, Theologi antiqui ac plane clarissimi, in Cantica
Canticorum de incarnatione Domini commentario[rum],
libri VII**

Rupertus <Tuitensis>

[Köln], 1527

VD16 B 3703

luncture foeminum tuorum, sicut monilia quæ fabricata sunt manu
artificis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34445

RVPERTI IN CANT. CANT. CA. V.

rum non de carne uiri, sed de spiritu dei conce-
pisti & peperisti patrem uel principem filiorū,
non carnis, sed fidei uel repromissionis.

¶ Iuncture fœminum tuorum, sicut mo-
nilia quæ fabricata sunt manu artificis.

Disiunctio
fœminū i
ancilla.
Ezech. 16

¶ Laus ista, laus magna, uituperationi illi op-
posita est, imo & acerbissimæ exprobrationi il-
lius ancille iam dictæ apud Ezechielem prophe-
tam, dicentem ex ore domini: Et diuisisti pedes
tuos omni transeunti, & multiplicasti fornicationes
tuas. Diuisio uel diuaricatio pedum ipsa
est disiunctio fœminum, ualde uituperabilis, ni-
mirum propter illud quod subintelligitur: uide
licet propter multitudinem fornicationum.

Iunctura
fœminum
in libera

¶ Et e contra, iunctura fœminum, ipsa est com-
positio uel continuatio pedum, laudabilis, iteq̃
propter illud quod subintelligitur, scilicet pro-
pter pudicitia pulchritudinem, saluumq̃ ac be-
ne custoditum castitatis sigillum: maxime in te
o singularis & unica uel nobilissima Summitas
in te o dilecta & dilectarū dilectissima, quæ pri-
ma sine exemplo iuncturam fœminum tuorū
ita custodire proposuisti, ut uirgo nulli unquā
cognita uel cognoscenda uiro, digna fieres con-
iungi tuæ integritatis auctori deo. Quantum
est hoc decus? Quanta honestas? Igitur iunctu-
ræ fœminum tuorum sicut monilia, id est uirgi-
nitatis tuæ integritas perpesq̃ pudicitia custo-
dia, cœlestibus præsijs communita. Cuius est
hoc opus? Cuius uirtus? Nimirum dei altissimi.
Et hoc ipsum (ait quidam sapiens) sapientia est,
scire, quod continentia donum dei sit, Dico igitur

Sapien. 8.

tur non qualiacunq; monilia, sed monilia quæ fabricata sunt manû artificis, id est, quæ solus deus facere & dare potest uel potuit.

¶ Umbilicus tuus sicut crater tornatilis, nunquam indigens poculis.

¶ Et ista laus tua, o libera Sunamitis, opposita est ancillæ uituperatiõis, q̄ apud sã dictũ prophetam habemus his uerbis. Et qñ nata es, nõ est præcisus umbilicus tuus, & aqua nõ es lota in salutẽ.

Quibus utiq; uerbis luxuriæ supfluitatẽ uituperat, q̄a uiris quidẽ in lumbis, sceminis aut in umbilico luxuriã est testatẽ dño, q̄ de diabolo loquitur ad beatũ Iob. Virtus eius in lumbis eius, & potestas eius in umbilico uentris eius. Igitur umbilicus tuus crater tornatilis, qd est nisi ac si diceret. Perfecta est in te uirtus castitatis, & liberata est ab omni carnalis appetitu uoluptatis. ¶ Parũ quippe fuisset ad laudẽ ueræ uirtutis, dixisse, iuncturæ sceminũ tuorũ, sicut monilia quæ fabricata sunt manu artificis: nisi & istud adderetur umbilicus tuus crater tornatilis, nunq; indigens poculis, quia uidelicet illo præcedenti uersiculo solũ denegatur opus siue effectus carnalis commercij: isto aut sequenti appetitus quoq; cogitatio, q̄ si inesset, nunq; ueraciter diceretur umbilicus sic præcisus, imo & circũcisus, ut crater tornatilis, neq; adderetur adhuc, nonquam indigens poculis. Quidnam est umbilico non indigere poculis, nisi non uri uel sitire per appetum libidinis? Hinc enim per quendã sapientẽ dicitur in mulierẽ malam. Sicut uisitor sitiens ad fontẽ suũ aperiet, & ab omni aqua proxima bibet.

Ezech. 16

Gregori

Iob 40

Umbilicus Mariae crater tornatilis.

Ecc. 26